



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

XCV. Quod excommunicati ad accusationem admitti non debeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

Regiensis, Iocundo Suffetulensi, & Hilarino Orreoce-
lenfi, legatis prouinciæ Byzacenæ: Nouato Sitiphensi, &
Leone Moctēsi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis:
Niuello * Ruscuriensi, Laurentio Icofitano, & Numeria-
no * Rusgoniensi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Cafarien-
sis, ab vniuersali Concilio iudicibus delectis, adstantibus
diaconibus, confedisset, & quibusdam peractis, multi
episcopi ceterorum peragendorum moras se conquere-
rentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festi-
narent, placuit vniuerso Concilio, vt ab omnibus elige-
rentur de singulis quibusque prouinciis; qui propter alia
peragenda residerent. Et factum est, vt hi adessent, quo-
rum subscriptiones eos adfuisse testantur.

XCV.

4. quæst. 1.
Diffinimus
eum: & in
Carth. VII.
cap. 1.
Cod. Can.
cap. 128.

Placuitque omnibus, quoniam superioribus
Conciliorum decretis de personis, quæ admitten-
dæ sunt ad accusationem clericorum, iam consti-
tutum est, & quæ personæ non admittantur, non
expressum est: idcirco definimus, eum rite ad ac-
cusationem non admitti, qui posteaquam excom-
municatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatio-
ne constitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusa-
re voluerit.

XCVI.

Cod. Can.
cap. 129.
4. quæst. 1.
cap. Diffi-
nimus eū
rite: & in
Carth. VII.
cap. 2.

Item placuit, vt omnes serui vel proprii liberti,
ad accusationem non admittantur: vel omnes,
quos ad accusanda publica crimina, leges publicæ
non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis ad-
sperfi, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectæ
personæ, hæretici etiam, siue pagani, siue Iudæi:
sed tamen omnibus quibus accusatio denegatur, in
causis propriis accusandi licentia non neganda.

XCVII.

3. quæst. 10.
Placuit vt
quoties-
cumque.

Item placuit, vt quotiescumque clericis ab ac-
cusato-